



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

De sermone Christi in monte.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

*DE SERMONE CHRISTI,  
habito in monte. Math.  
quinto.*

PRIMÒ: ad dilectos suos discipulos, octo CHRISTVS beatitudinis genera exposuit. Beati pauperes spiritu: Mites: Qui lugēt: Qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: Misericordes: Mundo corde: Pacifici: Qui persecutionem patiuntur.

SECUNDÒ: eos exhortatur, ut acceptis donis seu talentis, vtantur recte. ( Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in cœlis est. )

TERTIÒ: ostendit non soluere se legem sed implere; explicatis præceptis de vitando homicidio, furto, fornicatione, periurio. Et de diligendis quoque inimicis, (Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Benefacite iis, qui oderunt vos.)